



V, 82.

2.417a



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
HERMVNDVRORVM  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XX

---

VT  
SERENISSIMORVM. PRINCIPVM. ET. DOMINORVM  
DOMINORVM  
FRIDERICI  
AC  
SOPHIAE. CAROLINAE  
MARIAE  
MARGGRAFIORVM. BRANDENBVRGI. DVCVM. PRVSSIAE  
RELIQVA  
NVPTIAS. AVSPICATO. INITAS

ANNO. CIRCVMACTO  
IN. CVRIANO. A. D. XV. CALENDAS. OCTOBRES. C1810CCCLX

H. L. Q. C  
RECVLTVROS  
BENEVOLE. AVDIANT  
EST. QVOD. OBNIXE. ROGAT  
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS. A. M  
CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAR  
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC  
HONORARIVS

---

CVRIAE. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP

## Interfectio II.

## QVI HERMVNDVRORVM TERRAE FINES CIVILES?

## Particula III.

## Index dictorum.

§. XIII. Ab MARSIGNIS?

§. XV. Ab OSIS?

§. XIII. Ab ARIIS?

§. XVI. Ab GOTHINIS?

## §. XIII.

Si MARSIGNI 1.) MARSINGIue 2.) tenuerunt 3.) *Wolauien-  
fia, Iauorienfia et Suidnicenfia*, siue 4.) tractum Bohemiam inter  
et Viadrum *Silesiae*; eosdem non poterant non dare HERMVN-  
DVRIS proximos, qui 5.) *Albim in HERMVNDVRIS oriri vo-  
lunt*, 6.) quippe cuius fons in famosissimis Giganteis 7.) *Silesiae et  
Bohe-*

1.) Tacito in Germaniae. Cap.  
XXXXIII, n. 1. memorati, qui, an  
sint Ptolemaei ΜΑΡΟΝΙΤΟΙ, ex-  
posui pariter ac eorundem nomen  
nota 26, ad §. IIII, Lib. I. Cap. I.  
Sect. I. Notitiae Hermundurorum  
prelo paratae.

2.) Quos adoptauit Cluuerius in  
German. Antiq. Lib. III, Cap. XXXII,  
quae fuerint ob oculos uersata Bre-  
chenmachero in Notit. Sueu. Antiq.  
§. XVII. in Ill. Wegelini Thes. Rer.  
Sueu. Vol. I. p. 83, et in eodem  
fasciculo p. 269. Pregizero Coni-  
nuat. Gent. et Regnor. Europ. ex  
Sueuis Th. XVI. Iunkero in Geo-  
graph. German. Med. Aeu. Part. II,  
Cap. I. §. IIII, p. 104. Spenero in  
Notit. German. Antiq. Lib. IIII, Cap.  
I. §. VIII p. 155, et Lib. V, Cap. V.  
§. XI p. 104. seq.

3.) Vt ex Cornelii mente uisum  
fuit in Nouissima Europae Geo-

graph. Itiner. Tom. I, Lib. III, §. I,  
p. 556.

4.) Ita censentibus Cluuerio, Bre-  
chenmachero, Pregizero, Iunkero  
et Geographo nota 2. et 3. citatis,  
quibus cum faciunt praeter interpre-  
tes Cornelianos Althamerum, Wil-  
lichium, Beutherum, Vetterum,  
Dithmarum, Iablonskium Spenerus  
in Notit. German. Antiq. Lib. V,  
Cap. V. §. XI. nota (k) p. 105,  
Illustrissimus Comes Bunauis Hist.  
German. Imperat. et Imper. Tom.  
I. Lib. I. p. 37. atque Cl. Steffenius  
in Hist. Prisc. Incol. Teuton. Cl. III,  
p. 201.

5.) Cum Tacito German. Cap.  
XXXXI, n. 3.

6.) Cui inquirendo vacabit Inter-  
fectio I. Sectionis proximae.

7.) Quod iam vel ut digito mon-  
strauit Capitis huius III. Sect. I. Inter-  
lect. I, Part. I, §. III.

Bohemiae termino. Sunt 8.) tamen, qui licentia vetustatis istos in *Polonia* vltra Silesiorum limites inuenisse sibi blandiuntur. Secus videtur ad *Marfos* trahentibus 9.) et in *Dithmarfia* collocantibus 10.) ex adpellationis conuenientia. II.)

## §. XIII.

Multo minus liquet de Ligiorum 1.) *ARIIS* 2.) Alii 3.) eos intra *Silesiam* hodiernam coercent. Alii 4.) eos in prima *Poloniae* ora promouent. Alii 5.) eosdem in insulam maris Baltici *Aroem Arroemue* relegant nominis similitudine capti. 6.)

## §. XV.

Nec plus constat de *OSIS*, 1.) quos habent aliqui 2.) in priscis

E e 2

Sile-

8.) Carionis Chronicon Peuceria-  
num Lib. III. p. 21. Sarnicius de  
Sit, et Ambit. Vet. Sarmat. v. *Mar-*  
*signi* ad calcem Dlugosi Kraufiani  
p. 1881. Crusius Moserianus in An-  
nal. Suen. Part. I. Lib. I. Cap. III. n. 31.  
p. 14. Cureus in Gent. Siles. Annal.  
p. 6. Lucae in Memorabil. Siles.  
Part. I. Cap. II. p. 22. Eccardus de  
Origin. German. Lib. I. §. XXXVIII.  
p. 96. seq. Abellius in Antiq. Teu-  
ton. Cap. II. §. III. n. 28. p. 183.  
Conferas Pregizeum in Continuat.  
Gent. et Regnor. Europ. ex Sueuis  
Thes. XVI. in Wegeliniano The-  
sauro Vol. I. p. 269. et Glareanum  
de Vetust. German. Pop. in Schar-  
dianae Collectionis Tom. I. p. 198.

9.) Quorum agmen ducit Cureus  
in Gent. Siles. Annal. p. 6.

10.) Indice Lucae in Memorabil.  
Siles. Part. I. Cap. II. §. 22.

11.) Cuius valorem prodit nota  
6. ad §. X. nuperrime proposita.

§. XIII. 1.) De quibus satis nup-  
per §. X. huius Interfectionis,

2.) Quos aequè in istis nomi-  
nat Tacitus singulis fere paginis no-  
minatus,

3.) Quos inter caput efferunt Cu-  
reus in Gent. Siles. Annal. p. 6. et  
Abellius in Antiq. Teuton. Cap. II.  
§. III. n. 25. p. 183.

4.) Idem Cureus p. 6. et 10. vbi  
mentem suam clarius prodidit, item  
Illustrissimus Bunauis Hist. Teuton.  
Imperat. et Imper. Part. I. Lib. I.  
p. 36. Post quos euoluas Peuceri  
Chronicon Carionis Lib. III. p. 21.  
et Crusianos Annales Sueviae Part. I.  
Cap. III. n. 32. p. 14.

5.) Cum Mercatoris Atlante ab  
Hondio continuato in Fioniae de-  
scriptione ex Dithmari, Kirchmaieri  
et Vetteri ad Tacit. indicato exem-  
plari p. 84 ex meo p. 93.

6.) Quo iure iniuriae, capias ex  
nota 6. ad §. X. superioris Parti-  
culae.

§. XV. 1.) Eiusdem Taciti Cap.  
XXXXIII. n. 1. et. 2. vt et Cap.  
XXVIII. n. 5.

*Silesiae* eiusdemque superioris 3.) populis. Alius 4.) autem hario-  
latur *Pannonia*, quoniam *Pannonica lingua* utebantur, 5.) egressos  
confedisit ad *Olsam Olsunne* 6.) in montibus Carpathiis ortum,  
qui in Viadum haud procul *Olsae* vulgo *Olsinae* dictae, quae inde  
sine dubio nomen suum sortita est, effluit, atque cum eo in Ode-  
ram siue Viadrum defertur. 7.) Iam cum idem annis etiam 8.)  
*Else* scribitur, immo et OE et E in multorum ore vix dignoscantur;  
inde forte *Elssi* 9.) peti possent solo I eiecto nati. Quis vero est,  
qui non deprehendit vocales elidi syllabasque contrahi? 10.) Ipsos  
autem OSOS deprehenderes, si ita stat sententia, in Lignicensium  
*Osig* 11.) haud procul Lubena. Quo fundamento iis Oppeliam et  
Nislam in *Silesia* tribuens 12.) nitatur, ego quidem nescio.

§ XVI,

2.) Vt Cluverius in German.  
Antiq. Lib. III. Cap. XXXII. Bre-  
chenmacherus in Notit. Sueu. An-  
tiq. § XVII. in Wegelini Thef. Rer.  
Sueu. Vol. I. p. 83. Jablonskius ad  
Tacit. Cap. XXVIII. n. 5. Illustris-  
simus Bunavius Teuton. Imperat. et  
Imper. Hist. Part. I. Lib. I. p. 36.

3.) Vide Iunkerum in Geograph.  
German. Med. Aeu. Part. II. Cap. I.  
§. III. p. 109.

4.) Eccardus de Origin. German.  
Lib. I. §. XXXXVIII. p. 97. immo  
iam ante eum Sarnicius ad §. XIII.  
nota 8. excitatus v. *Ossii*, atque Lu-  
cae in Memorabil. Siles. Part. III.  
Cap. VII. p. 1107.

5.) Si fides Tacito Cap. XXXXIII.  
n. 2.

6.) Vt audit V. S. Reu. Buschin-  
gio sequenti nota citato.

7.) Testibus I. H. D. in Lexic.  
Hydrograph. German. p. 417. et

618. atque Cel. Buschingio in Geo-  
graph. Part. III. p. 766.

8.) Nouissimae Europae Geo-  
graph. Itiner. Tom. I. Lib. III. Cap.  
I. §. 4. p. 516. et Buschingio iam  
laudato p. 663.

9.) De quibus nuperrime §. X.  
Particulae II.

10.) Cuius rei exempla dedi ali-  
quot in nota 14. ad §. XII. Cap. I.  
Part. VII. Analectorum Brandenbur-  
gicorum p. 154. seq.

11.) De quo, quae scire refert,  
in Nouissima Europae Geograph.  
Itiner. Tom. I. Lib. III. Cap. V.  
p. 817.

12.) Althamerus ad Tacit. Cap.  
XXVIII. n. 5. translatus a Crusio in  
Annal. Sueu. Part. I. Lib. I. Cap. III.  
n. 39. p. 14. iam obseruante Pre-  
gizero in Continuat. Gent. et  
Regnor. ex Sueuis Thef. XXI. p.  
271. seq. saepius nominati Thefauri  
Sueuici,

## §. XVI.

Referuntur autem quoque a quibusdam 1.) in priscae *Silesiae* populis GOTHINI, 2.) GOTHONES, 3.) GOTONES, 4.) GVTONES, 5.) GVTTONES, 6.) GYTHONES, 7.) GOTHU, 8.) GOTH, 9.) GOTTHI, 10.) immo et IVTONES ac IVTAE molliori pronuntiatione G, 11.) ex aliorum 12.) sententia  
E e 3 iidem,

- 1.) Pregizero in Continuat. Gent. et Regnor. Europ. ex Suenis Thes. XXI. p. 272. et Brechenmachero in Notit. Sueu. Antiq. §. XVII. p. 83. utroque in Wegeliano Thes. Vol. I. Iunker in German. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. III. p. 96. Illustrissimo Comite Banaui Teuton. Imperat. et Imper. Hist. Part. I. Lib. I. p. 36. Iablonskio ad Tacit. Cap. XXXIII. n. 1. Nouissimae Europaeae Geograph. Itiner. Tom. I. Lib. III. Cap. III. §. I. p. 556. Cel. Gottichedio in Orat. ad Ducem Galeandum in sociis Societatis Liberalium Artium Lipsiensis cooptatum p. 48.
- 2.) Taciti German. Cap. XXXIII. n. 1. 2. et 3.
- 3.) Eiusdem Taciti n. 12.
- 4.) Pariter eiusdem Annal. Lib. II. Cap. LXII.
- 5.) Strabonis Γεωγραφ. Lib. VII. p. 445. pro ΒΟΥΤΟΞΙ librorum, qui circumferuntur, substituti ab Casaubono in notis ad illum geographum, Cluenero in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXIII. pr. Miraelio Antiq. Pomeran. Lib. I. §. VIII. p. 7. Eccardo de Origin. German. Lib. I. §. CXI. p. 241. Spene- ro in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. III. §. XIII. nota (g) p. 55.
- 6.) Plinii in Hist. Nat. Lib. III. Cap. XIII. et Lib. XXXVII. Cap. VII.
- 7.) Ptolemaei Γεωγραφ. Ἰϋθησ. Lib. III. Cap. V.
- 8.) Iulii Honorii ad calcem Melae Gronouiani p. 696.
- 9.) Aethici in Cosmograph. eodem Pomponio subiuncta p. 716.
- 10.) Stephani περὶ Πολεων v. Γόθων editionis Berkelianae p. 278. et Procopii Γοτθικων.
- 11.) Bedae et aliorum scriptorum Anglosaxonicorum ex indicio Becmanni in Hist. Orb. Terrar. Geograph. Cap. VIII. Sect. I. §. VII. p. 197.
- 12.) Vt Cluenerii in German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXIII. Sarnicii de Sit. et Ambit. Sarmatiae v. Gothi p. 1879. Cruſii in Annal. Sueu. Part. I. Lib. I. Cap. III. n. 21. p. 13. seq. Curei in Gent. Siles. Annal. p. 7. Becmanni in Hist. Orb. Terrar. Geograph. Cap. VIII. Sect. I. §. VII. p. 196. seq. Hertii in Notit. Vet. German. Pop. Part. II. Cap. II. §. XVIII. Cellarii in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. II. §. LXVII. Wachteri in Gloslar. German. v.

iidem, ex aliorum 13.) distincti. An iidem cum GETIS, nostrum iam non est inquirere, 14.) nec an Odinus eorum dux, 15.) Neque auctim definire, an in HERMVNDVRORVM finibus habitauerint.

Redeunt nobis dies laetissimi, quibus superiori anno nuptias celebrauit PATER patriae CLEMENTISSIMVS. Respondit votis euentus. Est ergo, quod ineunte huius Augusti coniugii anno secundo noua concipiamus vota. Faciant simul Fridericiano nostro vale dicturi.

GEORGIVS GABRIEL POESCHELIVS Baruti patrii gymnasii Illustris Christianeruestini in literis nutritus cum Patre V, Generoso et Iuris Consultissimo Ioanne Christophoro Principi Serenissimo a consiliis commissis Curiam transeunte transit hic eius filius natus minimus a. d. X. Calendas Nouembres anno MDCCCLV, in Curiani classem secundam, et anno MDCCCLVII, in primam, quo iam ascendit ad eius rostra *Lutherum bonarum artium officinarum aduersus Carlstadii furorem statorem* oratione Germanica in Martinalibus conspiciendum praebens. Superiori anno, vt redderet carmine vernaculo *rationes consilii die citius obeundorum nataliciorum* PRINCIPIS ac DOMINI nostri  
INDVL-

*Gotthi* Tom. I. p. 600. Cl. Steffensii Hist. in Prisc Incol. Teuton. Cl. I. p. 23. seqq. Conferas Iunkerum in German. Med. Aeu. Part. II. Cap. I. §. III. p. 97. seqq.

13.) Althameri et Vetteri ad Tacit. German. XXXIII. n. 1. et 12. et Pregizeri in Continuat. Gent. et Regn. Europ. ex Sueuis §. XXI. in Wegeliniano Thes. p. 272. Sommeri in Regn. Vannian. Cap. II. §. II. nota (d) p. 16. Illustrissimi Bunauui Teuton. Imperat. et Imper. Hist. Part. I. Lib. I. p. 36. et. 38.

14.) Insudarunt huic rei Pontanus in Dania p. 607. seqq. Reineccius de Misenis p. 4. seqq. Cluuerius in German. Antiq. Lib. III. Cap.

XXXIII. Carionis Chronicon studio Philippi Melanthonis Lib. III. p. 8. et Peuceri Lib. III. p. 23. Loccenii in Antiq. Sueogothicis Lib. I. Speneri in Notit. German. Antiq. Lib. V. Cap. III. §. XIII. XVI. seqq. Loescherus in Litterat. Celt. Thes. XXX. p. 54. seqq. Kirchmaierus, Vetterus, Dithmarus, Hauptmannus ad Tacit. Cap. XXXIII. n. 12. et Jablonskius ad eiusdem Capituli n. 1. Illustrissimus Bunauuius Teuton. Imperat. et Imper. Hist. Part. I. Lib. I. p. 38. et Cel. Gottschediussupra nota 1. laudatus.

15.) In quo multus fuit nuperri-me III. Dreyerus in Notit. Libror. MSS& Hist. Cimbr. p. XIII.



INDVLGENTISSIMI, stabat vel vt cinctu Gabino, quod Mars ipsa huic pietati destinata hora irruens in aliquot hebdomada differre imponebat atque adeo quoque ex parte mutare. Commentationibus in Polybium de Militia Romana pariter ac Graeca egregiis aui sui Ioannis Georgii quondam Hailsbronnensis illustris gymnasii Conrectoris optime meriti vel adhuc manu scriptis se cum seruatis excitabatur, vt eius vestigia legeret, aequae ac recentiori orbe delectatus et ex praesenti rerum statu interrogatus promte responderet.

IOANNES FIDERICVS WILHELMVS HAGENIVS Ioannis Wilhelmi Neulinensium fodinarum Curatoris, dum viueret, perindustrii filius vnicus ipsis Idibus Martiis anni huius seculi quinquagesimi tertii patriam cum nostra commutauit schola eiusdemque classe tertia. Ex prima, in quam anno quinquagesimo septimo escenderat, egredi iam ante semestre constitutum erat, ni melius esse duxisset diutius commorari, secus ac plerisque ad palatum est. Alit autem spes matrem iam duo et, quod excurrit, annos marito et reditibus orbatam parentis vice functurum esse PRINCIPEM OPTIMVM in academia, qua functus est ex tribus annis in schola. Nec vsque quaque silentio transegit tempus, quo adsident adolescentibus literarum patroni et fautores, quin vndequinquagesimum natalem vtriusque PRINCIPVM sibi CLEMENTISSIMORVM publice obiturus, qua decet, pietate, MATRIS olim patriae CELSISSIMAE *commoda coniugiorum in omne vitae genus red- undantia*, PATRIS patriae SERENISSIMI *solatia piorum in belli calamitatibus*, quae vrbeim et gymnasium hac tenus gra- uiter adflixerunt, exponeret.

MICHAEL RVDOLPHVS CHRISIANVS BURKHARTVS quatuor abhinc annis ex Wunfidelianae scholae prima classe eiusdemque alumnaeo in nostrae secundam traducebatur a Patre V. Pl. R. Christiano Hallersteinensium Pastore iam Sene ex inopinato et praematura vxoris morte adflctissimo. Tantum autem abest, vt paupertas adolescentem probum malas artes perdoceret, vt potius esset fida magistra instituendorum in bonis artibus aliorum vtriusque sexus teneriorum praesertim V. Praenobilissimi Ioannis Georgii Rentschii Principi Serenissimo

areditibus Curianis Splendidissimi. Reliquum omne tempus impendit sibi, cuius humeri quid valeant, quid ferre recusent, nosse dabatur binis publicis speciminibus, semel in memoriam Lutheri, *Luthero quid debeat res scholastica*, deinde in PRINCIPIS OPTIMI nataliciis, EO *divi Patris vita longiore dignissimi iacturam esse resarcitam*, filo Latii nunc soluto nunc ligato operose monstrato, qui fere per tres annos in primo ordine civium athenaei Curiani sedulam adhibuerat operam, eandem adhibiturus in academia fretus stipendio a V Perillustri Excellentissimoque Georgio Sigismundo de Benkendorf Duci Saxoniae Ifenacouinariensi a consiliis intimis Dignissimo, vt et mensa Amthoriana ex beneficio Duumvirorum V. S. R. Nic. Frid. Stoehrrii Wunsfidelienfis ordinis sacri Praefulis Grauisissimi et Generosi Pfeiferi a consiliis Serenissimo nostro Principi Spectatissimi.

His singulis stadium cum maxime Theologorum, et quidem binis prioribus Fridericianae, posteriori Salanae, ingresuris praefixi *Theologum meditatione solidum, ore gratum, moribus elegantem* expendendum illis Latina vorfa, huic prorsa Latina Germanicaque.

Documenta eius rei luculentissima multae *epistolae Theologorum Franconiae Brandenburgicae tempore Confessionis nostrae Romanorum Augusto Carolo V. in comitiis Augustanis A. R. S. 1603xxx. exhibitae* ipsa auctorum manu scriptae, quas me cum seruo in publicum daturus, quam primum post nubila Phoebus, iam in proximo auditorum confesfu vel primis tantum labiis degustaturus prius, quam istos adolefcentes legibus nostris soluo,



Yb 4473

1078

ULB Halle

3

006 302 904



20







B.I.G.

Farbkarte #13

CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
HERMVNDVRRORVM

COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XX

VT  
SERENISSIMORVM. PRINCIPVM. ET. DOMINORVM  
DOMINORVM  
FRIDERICI  
AC  
SOPHIAE. CAROLINAE  
MARIAE  
MARGGRAFIORVM. BRANDENBVRGI. DVCVM. PRVSSIAE  
RELIQVA  
NVPTIAS. AVSPICATO. INITAS

ANNO. CIRCVMACTO  
IN. CVRIANO. A. D. XV. CALENDAS. OCTOBRES. C1819  
H. L. Q. C  
RECVLTVROS  
BENEVOLE. AVDIANT  
EST. QVOD. OBNIXE. ROGAT  
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS. A. M  
CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAR  
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC  
HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE  
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII  
GYMN. TYP